Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26468
Copyright: Admont, Benediktinerstift



excruciet peccatores.

Unus quidem est gehenne ignis. si non uno modo omnes cruciat peccatores. Unius quisque cremii quantum exigit culpa tantum illic sentiet & pena. Nam sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt nec tamen eidem solis ardorem equaliter sentiunt. quia alius plus estuat. atque alius minus. illic in uno igne non unus est modus incendii. quia quod hic diuisitas peccatorum. ut et igne non dissimile habeant. & eodem singulos dissimiliter excurat.

XXVIIII.

Ad post mortem purgatorius ignis credatur.

Purgatorium ignem post mortem esse multis tractatis cognoui sententiis definitum. Inter quos augustinus & gregorius doctor licet eum in hac uita fidelibus accidere posse testetur. tamen & post mortem definit eum pleribus culpis quibusdam esse futurum. contestans quod iste ipse ignis purgatorius. quia nunc a quibusdam contemptus & paruus putatur. multo grauior existat quam quicquid potest homo pati in hac uita. Gregorius quoque de hoc purgatorio igne sic dicit. Quibusdam leuibus culpis. esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est. per quod ueritas docet. quia sicut